1645

~~18~~ 19

Theodoro Graswinckelio
Fisci Hollandiae Advocato.

Nisi Atheista es, Vir Virûm doctissime, | et Indicum Te,
scilicet, simplex tuum, | amare pergis quantum ego tuo diligo, |
ego Te Batavum: deinde, si quid supperit | felicis herbae,
quo quidem genium tuum | fraudare possis absque magno
incommodo: | Accedo supplex, et rogo tantâ dosi | beare
me promus velis quantâ putas | egere amicum cujus è cerebro
diu | utrumq lumen nimius humor obruit, | et his domari
forte tuo folijs sinet. | Cum messis horum amplissima ~~[illegible]~~ horreum
meum | distenderit, multi sciunt viri boni | quâ liberalitate
quid profuderim | in obvium quemcumq, qui tuta modò |
egere testaretur. Hinc de prodigo | mendicus, ut fit, ad
pedes jaceo tuos, | et optimi[illegible] Te vel pugillum vel minus |
ab optimo Te (nempe si quid relliquum est) | Citò, Citò,
Citissimè mihi peto. | devincies, Amice, devinctum diù |
constantem amicum et semper addictissimum. | scribebam ad
Hulstam septimo et vicesimo | Octobris, Anno MDCXL et V. |

Santra salebrosus, NON-POETA Grotij. | quod
facilè sperno, si licet modò sim

Tuus |.

Domi meae curabitur, si quid
jubes. |

© Koninklijke Bibliotheek
KA 43b (1645), fol. 19
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4174